



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Medvlla Theologiæ Moralis

Busenbaum, Hermann

Monasterii Westphaliæ

Dub. III. Quibus modis peccatum, ex genere suo veniale, aut actus
indifferens, transeat per accidens in mortale?

urn:nbn:de:hbz:466:1-40957

DUBIUM III.

*Quibus modis peccatum ex genere suorum
aut actus indifferens, transseat per se
sidenis in mortale?*

Quinque modis id fieri communiter, doc.
Sanch. &c. 1. Ratione finis adjuncti. 2. Ratio
finis ultimi. 3. Ratione periculi. De singulis
cam breviter.

Resp. I. Peccatum veniale transit in mortale
ratione finis adjuncti, ut si quis leviter men-
tur ad copulam carnalem extorquendam: quo-
cum finis mortalis ametur, mortale est. Non
men necessarium est in confessione exprimere
lud mendacium, sed solum desiderium forma-
tionis: quia seclusa malitia mortali finis, man-
veniale.

Resp. II. Transit item in mortale, ratione si-
nem affectus in rem aliquam; ut si v.g. ultimum
nem in ea constituas. Ad quod non sufficit val-
intensè & vehementer ferri in objectum, sed in-
quiritur, ut appretiativè illud ira aestimet, saltem
virtualiter, ut paratus sit, ejus causa transgeat
præceptum obligans sub mortali: ut sit quis in
ordinatae afficiatur ad fabulas, lusum, personam
ut malit festo omittere sacrum, &c. quam illa
privari. Notat autem Bonae, hunc affectum
non tantum habitualem, sed actualiem esse debo-
re, ut peccatum contrahatur: quia non impun-
eatur.

tur ad culpam id, ad quod committendum, habi-
tantum es paratus.

Resp. III. Peccatum veniale fit mortale, ra-
tione contemptus absoluti, & formalis.

Dico autem *contemptum absolutum & for-
malem*, quando nimirum ideo formaliter & ab-
solutè præceptum violatur, quia ipsi, aut supe-
riori subjici renis, quod est peccatum superbie
consummatæ; vel quando ideo non vis obediare
præcepto, quia præceptum est, & est peccatum
inobedientiae formalis: quorum utrumque gra-
viter pugnat cum charitate debita Superiori. Ex
quibus resolues.

I. Non est mortale, si velis quidem obediare,
& subjici absolutè, nolis tamen hic & nunc in re
modica; aut si authoritatem legis, vel præci-
pientis admittas, executionem tamen hic & nunc
contemnas. Ratio, quia non est contemptus abso-
lutus & simpliciter, sed tantum secundum quid.

II. Si præcise ex indignatione, malitia, prava
consuetudine, aliave causa, præceptum violetur,
& non ex contemptu potestatis superioris, non
est mortale, quia non est contemptus formalis,
sed tantum interpretativus.

III. Est mortale, facere vel omittere aliquid,
ex contemptu justæ legis humanæ. Item, ex con-
temptu Dei præcipientis, vel etiam consulentis
(quod præterea tacitam blasphemiam conti-
net; quasi Deus inutilia præciperet, aut consu-
lebet) & denique facere aliquid ex contemptu
Prælati ut sic, & ut à Deo authoritatem habentis,
non tamè ut talis hominis, indocti, imprudentis,

imperfetti : quia hoc posterius, non est commnere absolutè & simpliciter, sed tantum secundum quid, v. Sanch. I. mor. c. 5. Bon. de peccatis 2. q. 3 p. 5.

Resp. IV. Peccatum, vel opus indifferens habens mali speciem, transit per accidens in mortale, si ruina per illud proximo causanda sit mortalis. Ratio, quia tali operi superadditur quid graviter repugnans charitati. v. didascalico & Fill. t. 21. c. 6. q. 10. n. 212.

Resp. V. Veniale, vel opus indifferens, transit in mortale, ratione periculi incidendi in mortale, quando quis sine sufficienti cautela, aut necessitate aliquid facit, per quod veniat in mortale ac proximum periculum peccandi mortaliter quia talis salutem animæ contemnit, cum tam probabili ejus periculo temerè se exponat. Unde in confessione explicanda est species peccati cuius periculo se objecit, quia eodem genere peccati peccavit. Proximum autem periculum celeratur, quod frequenter homines similis conditoris in peccatum mortale inducit.

CAPUT III.

De Peccatis capitalibus in specie.

DUBIUM L

Quid sit Superbia, & quale peccatum?

Resp. I. Superbia est appetitus inordinatus propriæ excellentiæ: moralis ex genere suo, si consummata & perfecta, id est, si quis ita celere